



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De poenis & gloria mortuorum, cap. primum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

DE POENIS ET GLORIA  
MORTVORVM LIBRI  
DVODECIMI

CAPVT PRIMVM.

CAESARIVS.

De pœna  
& gloria  
mortuo-  
rum in  
genere.

Mat. 25.



ICVT hora vñdecima diem ad  
occafum trahit, ita duodecima  
eundem concludit: bene autem  
in diftinctione duodecima tra-  
ctandum de præmiis mortuo-  
rum arbitror, quia die comple-  
to, laborantes in vinea remunc-  
rantur: vnicuique hominũ dies

fuus eft præfens vita, videat quomodo labore in vi-  
nea, id eft in Ecclefia. Dies hæc quibusdam breuior,  
quibusdam longior, quibusdam clarior, quibusdam  
obfcurior efficitur: dies hæc aliis eft hyemalis, his ſci-  
licet qui in inſirmitate ſunt & in anguſtiis; aliis æſti-  
ualis, eis videlicet qui in gloria viuunt & deliciis: aliis  
verò vernalis, qui in flore ſunt iuuentutis; nonnullis  
autumnalis, id eft, eis qui ætate matura pondere de-  
fluunt ſenectutis. Duo ſunt loca æternaliter à Deo  
præparata, in quibus labor diurnus remuneratur, cœ-  
lum ſcilicet & infernus: in cœlo merces eft iuſtorum,  
in inferno merces reproborum. De illo iudex in fine

Mat. 25.

bonis & iuſtis dicturus eft: Venite benedicti Patris  
mei, percipite regnum, quod vobis præparatum eft ab  
origine mundi; de iſto verò: Ite maledicti in ignem æ-  
ternum, qui paratus eft diabolo & angelis eius. Quã-  
ta ſit merces iuſtorum, quã ineffabilis, quã inenu-  
merabilis, Iſaias breui ſermone comprehendit, dicẽs:

Iſai. 64.

Oculus non vidit Deus abſque te, quæ præparaſti dili-  
gentibus te. De pœnis inferni, quæ innumerabiles  
ſunt, nouem ſpecialiùs notantur, quæ ſequenti verſi-  
culo comprehenduntur: Pix, nix, nox, vermis, flagra,  
vincula,

vincula, pus, pudor, horror: Hæc tormenta nouem sine modoque carent. Est adhuc tertius locus post hæc vitam, quibusdam electis ad purgandum deputatus, & à re purgatorium vocitatus, hic temporalis est, durans vsque ad diem iudicij. Quanta verò sit futura gloria bonorum, siue pœna malorum, quibus etiam suffragijs iuuari possint hi, qui in penis sunt purgatorijs, etsi non plenè, quod prorsus est impossibile, ex his tamen quæ sequuntur exemplis, maiora poteris perpèdere. **A POLLONIVS:** Primùm mihi ostendas tormenta reproborum, nouissimè gloriam & gaudium iustorum, vt sic nostra collatio cum læticia finiatur. **CÆSARIVS:** Quanta sint tormèta tyrannorum, exactorum, vsurariorum, adulatorum, superborum, siue aliorum qui grauiter Deum offenderunt, nec pœnuerunt, secundùm quod à religiosis didici personis, quibusdam tibi pandam exemplis.

## CAPVT II.

**L**odewicus Lantgrauus maximus tyrānus fuit, *Tyranno  
rū pœna.*  
de quo suprâ dictum est in distinctione prima, capitulo tricesimo-quarto: hic cum moriturus esset, præcepit amicis suis, dicēs: Mox vt mortuus fuero, cucullam ordinis Cisterciensis mihi induite, & ne hoc fiat me viuente diligentissimè caute. Obedierūt illi, mortuus est & cucullatus. Quod vbi miles quidā vidit, commilitones ironicè allocutus est, dicens: Verè non est similis domino meo in omni virtute, quādo miles erat, non habuit parem in actibus militiæ; factus verò monachus, omnibus factus est forma disciplinæ, videte quā diligenter custodit silentiū suum, nec vnum quidem verbum loquitur. Anima verò eius cum euecta fuisset de corpore, principi dæmoniorum præsentata est, sicuti cuidam manifestissimè reuelatum est: sedēte eodem tartarico super puteum, & scyphum manu tenente, huiusmodi verbis Lantgrauum salutauit: Bene veniat dilectus amicus noster, ostēdite illi triclinia nostra, apothecas nostras, cellaria nostra, sicq; cum huc reducite. Deducto misero ad loca pœnarum, in quibus nihil aliud erat, nisi planctus, fletus,